aetatis. Et adverte, quod ego votanter dico, quod debet fieri fleubotomia magna, quia modica fleubotomia interficit, ratio est, nam commovet talem materiam venenosam ad cor et non evacuat. Et ideo, quia magna fleubotomia commovet et evacuat, facit ad curam illius morbi, quo cum non obstante sis bene cautus in faciendo magnam fleubotomiam, quia si patiens cum magna fleubotomia non curaretur, de facili amici te accusarent Et ergo non posses tam caute et secure operari, dimittas deo et naturae, succurendo cum emplastris et aliis communibus remedijs. Aliqui doctores medicinae iubent fieri fleubotomiam de venis pedis, quando apostema est in inguinibus, sed tamen, quia dubitatur, quod multum permisceatur benignum cum maligno et quid sic augmentetur malignum et similiter, quod augmentetur illa horribilis effumatio ad cor. Ideo alij dicunt, sicut iam praedictum est, ut fiat fleubotomia [Bl. $e^{r}$] de venis brachii. Vidi tamen quod quidam nobilis curatus fuit, quem tenui in cura in Montepessulano, qui habuit apostema pestilentiale in inguine et fleubotomatus fuit de vena pedis.*) ¶ Quinto expedit, ut patiens apostema pestilentiale clisterizetur in principio vel sumat cassiae fistulam dissolutam in decoctione prunorum, uvarum passarum, caricarum, juiubae, sebesten, ita quod talia decoquantur in duabus libris aquae, donec reducatur ad libram semis, alias tamen medicinas fortes evitando.**) ¶ Ultimo dico quod patiens apostema pestilentiale curatur sic, quod epithimetur cor cum aqua roseacea et sandali et modica portione aceti saepe et saepius renovando. ¶ Et in hoc tenetur quod ad praesens praeservatio et cura talium apostematum pestilentialum antrosorum.

*) Am Rande: Quinta cura de ciistirizatione.

**) Am Rande: Sexta cura.

152) Quidam ex medicis flebotomant de venis pedum in illa parte, ubi est apostema in inguinibus, errant, qui sic opinati sunt. Nam in hoc multum permiscent benignum cum maligno et sic augmentant malignum et augmentant illam horribilem effumationem ad cor. Nam si ex toto possent subtrahere venenosum bene opinarentur, in principio vel sumat cassiam fist⟨ulam⟩. 160) Quinto clisterizentur dissolutam. 162/163) uvarum *fehlt*, passularum. 163) sebestem, quae decoquantur. 165) fortes *fehlt*. 165/167) Sexto dico, quod epithimetur cor. *Mit* renovando *schließt das Ms. der Amploniana.*

## 25. **Ein Regimen Epidemiae, angeblich aus Paris, 1383.**

Der ***Codex Palatinus Germanicus*** *558* der Heidelberger Universitätsbibliothek enthält auf *Bl. 176* eine kurze Anweisung für Pestzeiten ohne irgendwelche Verordnung oder Ansicht, die uns nicht schon begegnet wäre in der Reihe der bisher besprochenen Pesttraktate. Interessant ist eigentlich nur der Schlußabsatz, der nach einem bedeutungslosen deutschen Einschiebsel angibt, daß die Zusammenstellung in Paris gemacht sei, und zwar im Jahre 1383, als eine neue große Pandemie der Beulenpest „quasi per universum mundum“ geherrscht habe, was ja nur zu sehr den Tatsachen wirklich entspricht.[1]) Daß Paris als Entstehungsort genannt ist, beruht auf der alten Erinnerung an den Pariser Pesttraktat von 1349, mit dem unser Extrakt von Pestregeln nichts weiter gemein hat. Doch mag die Kompilation tatsächlich in der Zeit von 1383/1384 zusammengeschrieben sein, als man solcher Zusammenstellungen wieder besonders bedurfte. Die Schlußnotiz weist mit großer Wahrscheinlichkeit auf Bayern als Entstehungsstelle der Kompilation; freilich kann sie auch frühe Zutat eines bayerischen Abschreibers sein. Die Heidelberger Abschrift in kräftiger, steifer Kursive dürfte in das 3. oder 4. Jahrzehnt des 15. Jahrhunderts gehören.

### Item Regimen ypidimie.

Tempore pestilentiali vitentur loca et infirmi et non exeatur de mane stomacho ieiuno. Item abstineat a piscibus, fructibus, caseo, lacticinijs et caulibus. Item utantur clara vina et cibi digestibiles. Item in omni utatur de aceto, cinamomo et croco. Item ova et lac acerbum valent. Item cerevisia valet, sed claretum nocet. Item ira et tristicia vitentur. Item balnea et sompnus meridianus et luxus vitentur ⟨nimius⟩.[2])

Item omni mane comedantur tres morselli panis assi cum acceto et nuce una.

Item aspergatur camera herbis odorifferis et frigidis.

Item omnino caveatur a nimia repletione et a speciebus calefactivis et in qualibet septimana recipiatur de tyriaca in quantitate unius pisae, sed ypidimiam habentibus tyriaca detur cum aqua buglossae.

---

[1]) Vgl. G. Sticker, Abhandlungen aus der Seuchengeschichte und Seuchenlehre I, Pest, 1. Teil, Gießen 1908, S. 79 f.

[2]) Späterer Zusatz.

Item in quolibet mense fiat minutio de mediana seu splenetica, epatica vel de salvatella, item praeservativum contra ypidimiam sumatur in qualibet septimana semel vel bis de mane pulvis de aloe cicatrinae in quantitate pondoris dimidiae aut terciae aut quartae partis floreni aurei, et medietatem de croco orientali, addita mediante de mirra citrina mixtus cum uncia vini lymphatici et qui hunc pulverem propter amaritudinem abhorreat sumere, in pillulis autem eam sumant. Item alius est modus contra ypidimiam: Recipe de mane in septimana semel vel bis pulvis boli armeni, semen acori et radix tormentillae [Bl. 176ᵛ] et quantitas tyriacae unius fabae da pondus terciae partis floreni cum aqua et aceto seu cum vino subtili lymphato addita uno muscato acceto.

Item si appostema est in collo minuatur vena capital⟨is⟩ sew cephalica in eodem brachio vel vena inter pollicem et indicem. Si appostema est in brachio, minuatur splenetica sub manu. Si circa cor vel in dorso tunc minuatur mediana etc. Si in cruce, minuatur splenetica in ambobus pedibus. Si in gutture, minuatur mediana de parte brachij.

Notandum. Cephalica est vena superior in medio brachij amborum brachiorum,

Splenetica est vena inferior in medio dextri brachij, mediana est vena in medio brachij inter cephalicam et epaticam in ambobus brachijs,

Salvatella est vena inter auricularem et annularem.

Item praeservativum: Recipe de mane in qualibet septimana semel vel bis octavam partem de aloe et terciam partem de croco orientali et terciam partem de mirra citrina et quantitatem unius pisae de tyriaco cum vino lymphato. Item habentibus ypidimiam detur de aloe in quantitate pondoris dimidij floreni et quantitatis quartalis unius floreni de croco orientali et quartale unius de mirra citrina et nux muscata cum aqua roseacea seu aqua accedula addita modicum de tyriaca in quantitate unus fabae. etc.

[Die nämliche Hand hat dann noch folgendes Deutsche beigesetzt:]

Item Es ist zu mercken, das man offt sol das plutt verenderen und aderlassen auf das das dy kranckhait der pestilentz nicht behafften müge. Iste tractatus est compositus parisius anno octu⟨a⟩gesimo tercio cum pestilentia regnabat quasi per universum mundum, etiam in Bavaria per omnes civitates in omnibus finibus suis hinc inde.

## 26. **Die Identität des Regimen contra pestilentiam des Kanutus** (Kamintus usw.) **Episcopus Arusiensis**[1]) **mit der Pestschrift des** Professors und päpstlichen Leibarztes **Johannes Jacobi in Montpellier**

sei durch folgende Gegenüberstellungen vorläufig dargetan:

Anfang:

„Kanutus“

Ad honorem sanctae et individuae trinitatis gloriosaeque virginis Mariae et ad utilitatem rei publicae pro conservatione sanorum ac reformatione lapsorum volo aliqua de pestilentia, quae nos frequentius invadit, ex dictis medicorum magis autenticorum scribere. Et primo de signis pronosticis eius, secundo de causis, tertio de remediis, quarto de confortationibus cordis et principalium membrorum, quinto et ultimo de fleubothomia.

Quintum signum est, quando cometa videtur volare. Et sicut habetur in methauris, ista contingunt quando cometa apparet scilicet interfectio hominum in bellis etc. unde versus mors furit, urbs rapitur, saevit mare, sol operitur, regnum mutatur, plebs peste fama cruciatur.

Jo. Jacobi

Ad honorem sanctae et individuae trinitatis et virginis gloriosae et ad utilitatem rei publicae ac pro conservatione sanorum et reformatione lapsorum volo aliquid de pestilentia scribere ex dictis medicorum magis autenticorum et breviter compilando, quae pestilentia nos frequentius invadit, quam fecerat ipsos antiquos et ideo pauci antiqui per experyenciam ab ea habitam pauca potuerunt dicere.[2]) Videatur ergo primo quae sint signa pestilentiae . . .

Quintum signum est, quando cometa videtur volare sub celo et sicut videtur in libro meteorum etc. ista contingunt, quando apparet talis stella scilicet interfectio hominum in bellis et fames super terram et magna pestilentia ift, quando aer pestilentia etc. ipsa cometa habet magnam caudam valde remote procedentem.

---

[1]) Gemeint ist das Bistum Westeraes, „Arosia vel Westrosia“ in Schweden, wo „BENEDICTUS III. CANUTI“ 1461 zum Bischof erwählt wurde, aber schon 1462 zu Anfang des Jahres starb, so daß schon am 28. Mai 1462 als sein Nachfolger Bischof BIRGERUS MAGNI gewählt wurde. (Vgl. P. PIUS BONIFACIUS GARMS, Series episcoponum ecclesiae catholicae, quotquot innotuerunt . . . Ratisbonnae 1873.

[2]) Auch die Handschrift ***Q. 194,*** *Bl. 69*v *f.*, der Amploniana in Erfurt hat den Anfang des Traktates wesentlich kürzer, als er im ***Ms. IV, Fol. 10***, der Univ.-Bibl. in Breslau lautet, der wir den obengegebenen Text entnehmen. Doch kann ich auf die zahlreichen Abweichungen dieser und anderer Handschriften (Heidelberg, ***Pal. germ. 558,*** *Bl. 170*v; Leiden, ***Voss. lat. Q. 27,*** *Bl. 151 ff*; London, Brit. Mus., ***Additional Ms. 30935*** usw.) nicht eingehen. Vgl. auch die Kopenhagener Handschrift „*G. K. S. 231. Fol.*“, die J. W. S. JOHNSSON in der „Festskrift“ für JULIUS PETERSEN beschrieben hat (S. 136 ff.).

„Kanutus“

Sextum signum est, quando multa fulgura et tonitrua sunt et praecipue venientia a parte meridionali.

Septimum signum est quando multae ventositates a meridie praecedunt. Ille enim sordescunt et immundae sunt. Quando igitur ista signa apparent, timendum est de magna pestilentia nisi deus omnipotens ipsam sua pietate vellet ammovere.

De causis pestilentiae — causa pestilentiae triplex est, quandocunque enim venit a radice inferiori, aliquando a radice superiori ita quod sensualiter apparet nobis mutatio aeris . . .

. . . et ideo fugiendum est ab infectis, immo tempore pestilentiali nullus debet stare in cumulo populorum, quia potest esse aliquis eorum infectus. Ratione cuius prudentes medici visitando infirmos stant longe a pacientibus tenentes faciem versus fenestram. sic etiam stare debent infirmorum servitores. Unde patienti bonum est, per dies mutare cameram et frequentius habere fenestras versus boream versus orientem apertos. Fenestrae vero versus meridiem teneantur semper clausae . . .

In monte autem pessulano communitatem vitare non potui, quia transivi de domo ad domum curando infirmos causa paupertatis meae. Unde spongiam vel panem intinctum aceto mecum portavi tenens ad os et nasum . . .

Et haec ad praesens dicta de pestilentia sufficiant. Si quis autem

Jo. Jacobi

Sextum signum est, quando multa tonitrua et fulgura fiunt super terram et praecipue venientia a parte meridionali.

Ultimum signum est, quando sunt multae ventositates a meridie, quia illae sordescunt et sunt inmundae et sic, quando ista signa apparent, timendum est pro pestilencia, nisi amovere voluerit.

Secundo videndum est de causis ipsius pestilentiae, quod pestilentia aliquando venit a radice inferiori aliquando a radice superiori, ita quod sensualiter nobis apparet immutatio aeris . . .

. . . et ideo fugiendum est ab infectis ymmo ut patet tempore pestilentiae nullus debet stare in cumulo populorum, quia potest esse aliquis illorum qui est infectus, et ideo prudentes medici, quando debent curare infirmos, stant longe a patientibus et tenent faciem versus portam vel versus fenestram, sic etiam debent facere servitores infirmorum et patienti essent bonum frequentius mutare fenestras camerae versus boream vel versus orientem sed fenestrae versus meridiem teneantur clausae . . .

et ergo dicit magister Jacobus quod quondam fuit pestilentia in monte pessulano et ego non potui vitare communitatem, quia transivi de domo in domum ad curandum infirmos causa paupertatis meae ac tum paravi panem vel spongiam vel pannum intinctum in aceto in manu mea et tenui prope os et nasum et sic evasi talem pestilentiam, socii autem mei non credentes me vitam retinere.

Et sic ergo ad praesens dicta de pestilentia sufficiant, quia tum

secundum modum praedictum se rexerit, huius morbi contagiosi periculum bene evadet praestante domino nostro iesu christo (sine quo nihil fieri potest) qui est omnipotens et gloriosus et laudabilis et benedictus cum intemerata virgine Maria matre sua in secula saeculorum. Amen.

quis se rexerit secundum modum praedictum huius morbi contagiosi sive pestilentiae pericula evadere poterit praestante domino nostro iesu christo, sine quo nihil potest fieri, qui est omnipotens ac gloriosus, laudabilis et benedictus in secula seculorum. Amen.

Das mag genügen; das Ganze verhält sich genau so wie die paar Proben. Der ursprüngliche Pesttraktat des Johannes Jacobi, geschrieben vor 1380[1]) (Joh. Jacobi starb 1384), ist in mäßig gekürzter Form in die Hände eines Druckers gefallen und vielleicht mehr durch irgendeinen Zufall als in betrügerischer Absicht unter dem Namen eines anderen hinausgegangen. Er hatte vorher schon handschriftlich seinen Weg gemacht und auch in handschriftlicher Gestalt schon allerhand Schicksale erduldet, wie der kommende Abschnitt über Johann von Burgund und Johann von Bordeaux lehren wird. Ich habe einige kurze Stücke zum Vergleiche ausgewählt, die auch auf andere Traktate unserer Serie einiges Licht fallen lassen, besonders die über das Verhalten eines Arztes im Pestkrankenzimmer und der Pfleger (und Pflegerinnen) der Pestkranken, die mit den Kautelen unserer Nr. 15 viel Gemeinsames haben. Weiter möchte ich auf die Pestschrift Johannes Jacobis nicht eingehen, sondern das Ganze Herrn Wickersheimer überlassen, der in diesem Archiv schon ein anderes Schriftchen des nämlichen Autors publiziert hat.[2]) Ich verweise hierauf und auf die dort genannte Quelle auch bezüglich Johannes Jacobis selbst.

## 27 und 28. **Die Pestschriften des Johann von Burgund und Johann von Bordeaux.**

Vor 8 Jahren ließ Pagel durch Georg Guttmann die Pestschrift Jeans à la Barbe als Dissertation herausgeben. Wir können über die Person des Autors zunächst auf die dortigen Ausführungen verweisen. Er hat, wie Pagel (nach der Angabe Steinschneiders, s. u.) vortragen läßt, von 1330—1370 in Lüttich als Professor der Medizin gewirkt und nach eigener Angabe 3 Pestschriften verfaßt:

[1]) Im Ms. III. F. 7 (Bl. 273) der Breslauer Univ.-Bibl. findet sich das Datum 6. Februar 1373.

[2]) Bd. III, S. 41 ff.

1. De causis et natura corrupti aeris.

   Inc. Deus Deorum dicens, qui simpliciter et absolute omnium entium et conditorum prima est causa . . .

2. De distinctione morborum epydimialium ab aliis morbis.

   Inc. Cum nimium propter instans tempus epydimiale . . .

3. Die zunächst hier zu besprechende Schrift.

Auch die Nummern 1 und 2 müßten in diesem Zusammenhange noch untersucht werden, wobei auch die Frage zu entscheiden wäre, ob sie wirklich „aus Anlaß verschiedener Pestepidemien verfaßt wurden“. Von ihnen sollen auch französische und hebräische Übersetzungen existieren,[1]) was sicher für eine beachtenswerte Bedeutung spräche, die man ihnen weiland beilegte. Leider sind mir aber diese Texte noch nicht zur Hand gekommen; ich beschränke mich also einstweilen auf Nr. 3.

Außer der mir gleichfalls in ihrem ganzen medizinischen Inhalt bekannten, von Pagel benutzten Erfurter Handschrift

1. [*A.*] ***Ampl. Q. 192,*** *Bl. 146r—148v* (geschr. um 1380),

habe ich folgende Handschriften der Pestschriften Johanns von Burgund eingesehen:

2. [***Sl***]. Brit. Mus., ***Ms. Sloane*** *2320, Bl. 13v—16r* (geschr. ca. 1400).

   Incipit tractatus Magistri Johannis de Burgundia De epidimia. Ego Johannes de Burgundia divino auxilio invocato praeservationem et curam epidimiae enucleare intendo . : . Explicit nobilis tractatus magistri Johannis de Burgundia contra morbum epidimialem.

3. [***CC***]. Cambridge, Cajus College ***Ms.*** *336, 725, Bl. 144v bis 148r.*

   Incipit tractatus Magistri Johannis de Burgundia de morbo epidemiae. Ego Johannes de Burgundia divino auxilio . . . Explicit nobilis tractatus Magistri Johannis de Burgundia contra morbum epidemialem. Et iam incipit tractatus Johannis de Barba alias dicti Johannis de Burdegalia editus contra morbum pestilentiam [geschr. ca. 1400].

[1]) Moritz Steinschneider, Die hebräischen Übersetzungen des Mittelalters und die Juden als Dolmetscher. Berlin 1893, S. 803 f.

4. [***Br***]. Brüssel, Kgl. Bibliothek, ***Ms. II 1413***, *Bl. 114^v bis 116^r*.

Tractatus de epidemia Magistri Johannis de Burgundia alias dicti cum barba. Quum omnia inferiora tam elementa quam elementata . . , quod multoties mora periculum parit [geschr. 1421].

5. [***Ros***]. Ein Manuskript, im Besitze des Herrn Ludwig Rosenthal in München, dessen Einsicht er mir freundlich gestattete, *Bl. 58^v—62^r* (XV. saec.).

Quoniam omnia inferiora tam elementa quam elementata . . .

6. [***CT***]. Cambridge, Trinity College, ***Ms. O. I. 77***, *Bl. 53^r—72^v* (16⁰. XV. saec.).

Incipit Tractatus magistri Johannis de Burgundia. Ego Joh. de Burgundia divo auxilio . . . Explicit nobilis tractatus Johannis de Burgundia contra morbum epidemialem. Iam incipit tractatus Johannis de Burdegalia . . .

7. [***Ash I***]. ***Ms. Ashmol. No. 1443***, aus dem 15. Jahrhundert, *Seite 351—375*.

Incipit doctrina magistri Johannis de Burgundia, alio nomine dicti Cum Barba, de praeservacione regiminis et cura contra epidimias et infirmitates pestilenciales, causatas seu significatas per conjunciones infra scriptas. Quoniam omnia inferiora tam elementa quam elementata a superioribus reguntur . . . non pro precio sed pro precibus hoc egi, ut cum quis convaluerit pro me oret, amen.

*Seite 376—393*. Es folgt eine auszugsweise Übersetzung ins Englische:

7 a. An abstract or translation of the foregoing tract of Master John of Burgundy, For the pestilens. Medicine aȝenst sodeyne pestylens as phylosofers seyne bodies opon erþe by neþe beþe rwlid and gendrid by bodies above . . . Wherfor y mewyd be preyer and compassion of man ys deth y made this tretis and for eny thyng let blode by tyme for taryyng makyt perell.

7 b. Eine andere auszügliche englische Bearbeitung enthält *Ms. Ashmole 1444, I, S. 67—76*.

Here begynnithe a solempne doctrine and oponlie proved, mede for trewe med⟨i⟩cyne for the pestilence, by maister John's de Burgeyne otherwise called La Barbe, wich bi the grace of almyghti Godde certeynlie curithe and helpithe the

> seke yf thei use this medicine as it is here after mor ce openlye declared. Firste ye shalle undirstonde that this seid tretyse compiled and stodiede bi the seide maister Joh'n de Burgeyne, processoine of phisic and of surgerye, cites ein of Leegez the yere [. . . 1365] is departed unto your more undirstondynge in the iiij chaptres . . . God almygthtye whiche is soverayne surgeon, phisician and leche above alle etherlye leches and maistres or medicynes, to whom I beseke it so to be. Amen.

Die 7 lateinischen Handschriften[1]) scheiden sich in zwei Gruppen, deren einzelne Glieder im engsten Zusammenhange stehen. Im Gegensatz zu dem Amplonianus, den Pagel ediert hat, und dem mit ihm übereinstimmenden Bruxellensis und Monacensis (Rosenthal) und Ashmoleanus haben die drei anderen englischen Handschriften die astrologische Einleitung nicht, gegen deren ursprüngliche Zugehörigkeit von vornherein zu sprechen scheint, daß der Autor gegen Ende dieser Textredaktion abermals auf die spezielle astrologische Bedingtheit der Pestepidemie von 1370 zu sprechen kommt in der ausführlichen Redaktion, wie sie der Amplonianus und seine beiden Schwesterhandschriften in München und Brüssel und der Ashmoleanus bieten. Die drei anderen englischen Handschriften weichen gegen Ende von der anderen Gruppe gleichfalls erheblich ab, wie aus dem folgenden Abdruck des Wortlautes dieser Handschriftengruppe hervorgehen wird. Für den rein praktischen Zweck eines populären Pestregimen ist diese Redaktion zweifellos besser geeignet, als die Erfurter, die mit ihrer langen Einleitung und den wichtigen Mitteilungen über die sonstige literarische Betätigung des Autors eine eigenhändige spätere Bearbeitung darzustellen scheint, bei der vielleicht auch die astrologischen Schlußbemerkungen angefügt wurden.

Der kürzere Text der drei englischen Handschriften 2, 3 und 6 lautet also:[2])

---

[1]) Vgl. auch ***Sloane 134***, *Bl.* $31^{r}$—$38^{v}$; ***Sloane 3566***, *Bl.* $63^{v}$—$87^{v}$; Brit. Mus. ***K. G. IV***, *Bl.* $158^{r}$—$159^{v}$.

[2]) Das Vorwort der anderen Textredaktion sei hier in der Anmerkung mitgeteilt:

> Quoniam omnia inferiora tam elementa quam elementata a superioribus reguntur et ⟨corpora superiora omnibus quae sub circulis eorum sunt essenciam nullam substanciam, vegetacionem ac mortem conferre creduntur vnde *Ros*⟩ ex influencia corporum supercelestium causative et effective aer iam dudum corruptus sit et pestilencialis effectus, non ⟨tamen dico *A*⟩ quod aer corrumpitur in

## Tractatus Johannis de Burgundia de morbo epidemiae.

Ego Johannes de Burgundia divino auxilio invocato praeservationem et curam epidemiae enucleare intendo, ut vix aliquis phisico indigeat, sed unusquisque phisicus sibi ipsi sit praeservator, curator et rector.

5) aliquo *Sl.*

sua substancia, quia est corpus simplex, sed racione ⟨malorum *Ros*⟩ vaporum mixtorum corrumpitur. Unde epidimia in multis partibus est subsecuta et adhuc in locis quam plurimis eius restant vestigia ⟨sicut patet *A*⟩, quia multi interfecti sunt ⟨specialiter repleti sive cacochimici *A*⟩, non tamen sola aeris corrupcio mortalitatis est causa, sed in morientibus corruptorum humorum habundantia prout dicit Galienus ⟨libro de febribus dicens: *A*⟩. Et nullam patitur corporis corrupcionem, nisi materia corporis praeparata sit et quodammodo subiecta corruptibili causae, quia sicut ignis non ardet nisi in materia combustibili, sic nec pestilencialis aer nocet corpori, nisi maculam inveniat corrupcioni preparatam, qua propter corpora munda et in purgacionibus non neglecta permanent salubria. Similiter et illi permanent sani, quorum complexio est contraria complexioni immutati aeris. Aliter enim ubicunque corrumperetur aer, infirmarentur omnes et morerentur, Et aer sic corruptus in diversis diversos generat morbos secundum humorum diversitatem, quia semper agit agens secundum disposicionem materiae insistentis ⟨Et quia multi sunt magistri in arte medicinae, valentes clerici etiam theorica sive speculativa sufficienter instructi, sed in practica parum experti et in scientia astrologiae omnino ignari quae *A*⟩ sciencia phisico multum est necessaria, ut testatur Ypocras ⟨in epidemia sua *A*⟩ dicens. Cuiusmodi phisicus est, qui astrologiam ignorat, nullus se debet ponere in manus ipsius etc. ⟨Nam artes astrologiae et artes medicinae rectificant se invicem, et multa supponit una scientia de alia, quia quaelibet in quolibet non possunt declarari *A*⟩ Unde practizando expertus sum, quod medicina data in constellacione contraria, quamvis secundum artem medicinae bene fuerit composita et ordinata, non operabatur secundum intencionem artificis nec ad commodum pacientis, Videlicet si medicina data fuerit ad laxandum, paciens per superiora proiceret, eciam si medicinam non abhorreat. Unde illi, qui de nectare astrologiae minime biberunt, in morbis epydimialibus remedium adhibere non possunt, quia causam morbi et qualitatem morbi ignorant, quare curare nequeunt, ut princeps medicorum ait: Quomodo curares, si causam ignorares. Et Auicenna ⟨quarto *A*⟩ de curis febrium, qui causam ignorat, impossibile est ut morbum curet. ⟨Hoc etiam vult, commentator super secundum physicorum dicens: scire non est, nisi ex cognitione causae propinquae et remotae *A*⟩ Cum ergo celestia sint ex primis causis, oportet devenire ad causam ipsorum ⟨quia ignorata causa superiori ignoratur causa posterior, cum eciam causa primaria plus influat in effectum suum quam causa secundaria,

14) materia inveniatur corruptioni parata. 22) Ex quia scientia astrologiae *Ros.* 26) Et hoc pluries operando expertus sum per XL annos et amplius *A.* 38) cognitionem *A.*

Inprimis vitet unusquisque nimiam repletionem cibi et potus, vitet etiam balnea et omnia quae corpus rarificant ac poros dilatant, et cum pori sint aperti intrat aer venenosus cor perforans et spiritus corrumpens, et super omnia vitandus est coitus. De fructibus parum vel nichil comedat, nisi fuerint fructus acetosi, et utatur cibis facilis digestionis et vino aromatico limphato. Vitet medonem et omnia alia cum melle confecta, et fiant cibaria condita cum aceto forti, et tempore frigido vel pluviali fiat ignis in camera. et cum tempus brumosum fuerit sive turbulentum, omni mane antequam exeat domum, si dives est, utatur ⟨antidotis de aromaticis ut *Ros*⟩ dyambra, dyamusco, dyanthos et consimilibus ⟨cum musco pliris cum musco et cetera *Ros*⟩. Si vero pauper est. utatur zedoario, gariofilis, nucis muscatis, macis et similibus. Etiam semel aut bis in ebdomada de bona tyriaca, approbata ad quantitatem unius fabae accipiat. Et deferat in manu pomum ambrae vel aliud aromaticum magis decorum. Et in sero in introitu lecti faciat clausis fenestris inflammari de lignis et ramis juniperi, ut fumus et odor cameram repleant. seu ponantur ⟨tres vel *Ros*⟩ quatuor carbones vivos in crucibolo terreo et supraponatur parum de isto pulvere et fumum per os et nares recipiat ⟨et postea cubat *Ros*⟩. ℞ olibani albi ℥ I, labdani ℥ *β*, storacis, calamentae ⟨seu thimiamatis *Ros*⟩ ʒ . 2, ligni aloes ʒ . I, et fiat puluis subtilissimus. Et hoc

9) corpus *Ros.* 17) fuerit *Ros.* 22/23) magni odoris *Ros.*
26) supponatur *Ros* u. *Sl.*

ut habetur primo de causis *Ros.*⟩ Unde patet, quod sine astrologia in hoc causa specialiter parum valet phisica, quare ob defectum consilii multi succumbunt Et idcirco ego iohannes de burgundia aliter dictus cum barba civis Leodiensis et artis medicine professor omnium tamen phisicorum mininus ⟨quidem dei (?) in principio hujus epydimiae de causis et natura corrupti aëris tractatum feci, de quo multi copiam sumpserunt, et sic incipit: Deus deorum dicens qui simpliciter et absolute omnium entium et conditorum prima est cause etc. Similiter et alium tractatum edidi de distinctione morborum epydimialium ab aliis et sic incipit: Cum in initium (?) propter instans tempus epydimiale etc. in quibus, sic quis copiam habet ad conversationem et curam plura inveniret, non tamen omnia ad curam spectantia, unde quia in hac epydimia modo quasi de novo reversa et per successiones temporum iterum est reversura, quia nondum finis est, ideo *A*⟩ in strage hominum compaciens ac communi vtilitati subsistens salutemque omni mero desiderio cupiens. In hac cedula divino invocato auxilio preservacionem et curam horum morborum planius enucleare intendo, ut vix aliquis phisico indigeat, sed simplius unusquisque phisicus sit praeservator, rector atque curator.

De preseruacione.

¶ In primis ergo ad preseruacionem vitet vnus quisque replecionem cibi et potus vitet balnea . . . (*usw. wie oben!*).

54/55) plenius enotare *A.*

fiat quotiens in aere sentitur fetor seu malus odor Et maxime in tempore brumoso seu corrupto a malis accidentibus, et effectu epidimiae poterit praeservari

Si vero regnante epidimia tempus in calore excedat, tunc alio regimine opertet uti et magis frigidis quam calidis et parcius commedere quam in frigido tempore et amplius excedere in potu quam in cibo et sit vinum album limphatum. Utatur etiam in ⟨cibis *Sl Ros*⟩ aceto in magna quantitate vel agresta ⟨non *CC*⟩ multum ⟨vtatur *Ros*⟩ calidis speciebus ut pyper, galanga, grana paradisi. In mane vero antequam exeat domum, si tempus brumosum fuerit et aer male dispositus, tunc odoret rosas, violas, flores nenufaris, sandalos albos et rubeos ⟨muscatellinos *Ros*⟩ et camphoram huiusmodi. Et de tyriaca parum utatur tempore calido et non sumant nisi flegmatici et alii qui sunt frigidae complexionis. Sanguinei vero et colerici non sumant tyriacam in tempore calido, sed sumant de pomis granatis et de orengia et de pomis citrinis conditis aut de dyacitonicis ⟨quod dicitur cytronat *Ros*⟩ aut de triazandalo aut de electuario frigido et consimilibus. Utatur cucumis, feniculo violarum, boragine, buglossa, spinagia et vitet allia, cepas, porros et alia omnia que nimis calefaciunt ut piper, granum paradisi, sed zinzibere, cinamomo, ⟨croco, cymino *Ros*⟩ et aliis temperatis uti potest. Et si propter fervorem temporis fortiter siciat, aliquociens aquam frigidam cum aceto mixtam ⟨sorbeat ac ptisanam *CC Ros*⟩ bibat ⟨quia multum confert specialiter habentibus corpora calida et sicca et quae sunt extenuatae habitudinis *Ros*⟩ et nullo modo tali tempore sitis toleranda est. Et si aliquis mocionem sanguinis senserit quovismodo sive volitando sive pungendo, fiat minucio in eodem latere et in vena propinquiore ⟨et pavimentum camerae in qua iacet cum aqua frigida aceto mixta roretur Vel si dives est cum aqua rosacea et hoc bis vel ter in die *Ros*⟩. Item pilulae Rasis, si sumantur semel in ebdomada, peroptimae sunt in preservatione et valent, omni complexioni et in omni tempore calido similiter et frigido. sed non competunt nisi repletis ⟨quas *Ros*⟩ Avicenna et alii recommendant. parum tamen laxant, sed humores corruptos paulatim evacuant et fiant sic ℞ aloes cicotrini ℥ semis, croci, mirrae ana ʒ 2 conficiantur cum sirupo de fumo terrae et da ʒ I semis, ⟨fiant VII pilulae et sit dosis una *Sl, Ros*⟩ Et qui isto utatur regimine a pestiferi aeris corrupcione mediante dei auxilio poterit praeservari.

¶ ⟨De cura Bocii *Ros*⟩. nunc autem, si quis ob defectum boni regiminis in morbum epidimalem incidat, videndum est de remediis, qualiter esset procedendum, quia illi morbi epidimales

---

38) nec *Ros.* 46) oringia *Sl.* arangia *Ros.* 48) Cophoni *Ros.*
48) cucumeribus, de cucurbitis feniculae, viola, bletis *Ros.* 49) sepas *Sl.*
57) aliquam *Ros.* 57) sentiat *Sl.* 70) adiutorio *Ros.*

infra diem naturalem et post XXIIII horas confirmati sunt, unde necesse est illico remedium adhibere. Sed prius sciendum est, quod in corpore humano tria sunt membra principalia scilicet cor, epar et cerebrum et quodlibet istorum habet sua emunctoria, ubi suas emittunt superfluitates, unde subacellaria sunt cordis emunctoria. Epatis vero emunctoria sunt inguinaria, et emunctoria cerebri sunt sub auribus aut sub lingua. Modo scire oportet, quod omne venenum a stomacho habet suam descendendi naturam, sicut patet morsu serpentis et aliorum venenosorum. Et sic aer ille venenosus, quando miscetur cum sanguine, statim petit cor tanquam fundamentum naturae, ut ipsum puniat Cor vero nocumentum senciens, se defendere nititur, intoxicatum sanguinem ad sua emittens emunctoria. Si tunc materia venenosa invenerit vias opilatas ⟨ut retro tramite ad cor non possit ascendere *Ros*⟩, petit aliud membrum principale scilicet epar ut in eo et in ipso naturam ⟨perimat *Ros*⟩ destruat. Epar vero repungnans ad sua emunctoria rosinam materiam depellit. hoc idem de cerebro est asserendum Quare per ista accidencia, quae phisica sunt signa ⟨propenditur *Ros*⟩, in quo loco materia venenata latet et per quam venam debeat euacuari, nescitur. Nam si sanguis infectus et intoxicatus ad subacellaria mittitur, scitur, quod cor gravatur et patitur, quapropter statim facienda est minucio de cardiaca et ex eadem parte, non in parte opposita, quia tunc sequeretur duplex inconveniens, primum quod bonus sanguis et purus in parte non corrupta existens abstraheretur; secundum inconveniens est, quod sanguis corruptus et intoxicatus ad partem salvam et sanam traheretur et corrumperetur sanguis in utroque latere, et quod deterius est, sanguis venenosus per regionem cordis transiret et ipsum interficeret et sic cito causam morbis inferret. Si autem circa regionem epatis quis senciat punctiones, statim fleobothomia in basilica dextri brachii fiat, id est vena epatis et est sub vena cordis, vel fiat de vena cephalica dextrae manus, quae est inter digitum auricularem et inter medium.

Et si epar ad inguinaria materiam depellat et iuxta membra secretae naturae apparem versus partem cruris interiorem, tum aperiatur vena in pede ex eadem parte inter pollicem pedis et articulum sibi proximum, quia tunc, si fieret minimo in brachio, iterum traheretur materia ad membrum nobile et esset error maximus. Si venenum in sua generatione plus versus latus et magis distans a verendis apparuerit, tunc aperiatur vena ⟨in pede eiusdem partis inter parvum articulum et alium proximum aut illa vena *Ros*⟩ quae est iuxta cavillum pedis ⟨et

---

79/80) emittoria *CC.* 80) gula *Ros.* 81) debetis *Ros.*
85) perimat *Ros.* 86) mittit *Ros.* 86) emithoria *CC.* 90) nocivam *Ros.*
99) traheret *CC.* 107) medicum *Sl.* 111) alium digitum *Ros.*
113) bocium in inguine *Ros.* 114) aperierit *CC.*

talum⟩, vel fiat scarificacio in crure iuxta gibbum cum pixide. Si vero appareat in emunctoriis cerebri fiat fleobothomia in brachio eiusdem partis de cephalica et est super venam medianam, vel fiat de vena supra manum inter pollicem et indicem seu fiat scarificacio inter scapulas cum pixidibus. Tunc sanguine sic extracto et membro principali per hunc modum depurgato, confortetur ⟨fortificentur⟩ membra principalia per electuaria frigida, cordialem inflammacionem febrium compescencia sic: ℞ Dyarodon abbatis, triasandali, requiei dyadraganti frigidi, pulveris resumptivi ana ʒ.1, zuccari rosati ℥.5, fiat electuarium ⟨per bolos *Ros*⟩ et sumatur pluries in die et in nocte. ⟨Aqua *Ros*⟩ Si fuerit pauper fiat aqua per distillacionem de diptanno, de pimpernella, tormentilla et de scabiosa, de quacunque herba per se et postea aquae aequaliter misceantur et illa commixta detur ad potandum in aestate unum cochlear. Si fuerit colericus vel sanguineus, cum praedicta aqua misce pondus unius denarii, de camphora quousque dissolvatur. Si fuerit infirmus infra 24 horas, capiantur VI coclearia, quam cito praesenserit se captum, in hiis morbis nobilissima et securissima est medicina.

Dieta in hiis morbis sit tenuis ut in febricitantibus, quia huic morbo semper commiscitur febris. Unde nullae ⟨carnes *Ros*⟩ comedantur. nisi aliquociens parvus pullus coctus in aqua cum agresta ⟨Comedant paruos pisciculos cum squamis et in craticula assatos cum aceto vel agresta et *Ros*⟩ pulmentum amigdalarum ⟨comedant *Sl*, *CC*⟩ et potent ptisanam uel parum de cervisia Si cum instancia vinum petatur, detur acetum mixtum cum aqua multa. Aliquociens tamen detur ad confortandum vinum album debile cum multa ⟨aqua *Ros*⟩.

¶ Et super gibbum ponatur hoc emplastrum quod dicitur Emanuel ⟨maius *Ros*⟩. ℞ radicem valerianae maioris ʒ 3, boli armoniaci ʒ 2, radicis cameactis ʒ 1 ⟨ebuli ℥ 1, radicis somerib ʒ.s, seminis rutae ʒ.1 *Ros*⟩ oleum camomillae ʒ 1. Conficiantur tamen pauca cera et aliquantulum de rosina pini Et fiat emplastrum ⟨quasi unguentum non nimis molle et supponatur bis vel ter in die renovetur. Istud enim vnguentum *Ros*⟩ et materiam venonosam ad se trahit, coagulat et mortificat, nec materiam sinit introire versus membra principalia. nec ipsa laedere ⟨eciam *Ros*⟩, si per totam vitam ibi remaneret, ⟨post mortificacionem naturae *Ros*⟩ nocere non posset, tamen si quis gibbositatem omnino auferre desiderat, supponat maturativa cum dissolutivis, de quibus omnes circurgici copiose sunt muniti.

¶ Item quicunque voluerit uti isto puluere, qui valet in praeseruacione et est cura et nobilissima medicina et plus valet in casu quam tyriaca et dicitur pulvis imperialis, quia imperatores gentilium eo utebanur contra epidemiam et intoxicacionem et omne venenum et contra morsum serpentis et aliorum ani-

[118]) emithoriis *CC.* [137]) concomitatur *Ros.* [148]) oleum camomillae *fehlt Sl.*

malium venenosorum. et dicitur in lingua Arabiae Bethzaer id est a morte liberans.

Et sic fit ⟨iste pulvis de hiis herbis scilicet *Ros*⟩ ℞ ypericon, dyptanni, tormentillae, pimpernellae, scabiosae, philadelphiae āā ʒ.j. boli armeniaci, terrae sigillatae āā ʒ semis, fiat pulvis, de quibus haec dicere possum, quod centies probavi, quod quodlibet per se intrans in illum pulverem simpliciter per se tritum et cum vino potatum statim venenum euacuat et per locum morsurae cum impetu effugat. Nam quaelibet per se praeservat et curat ab omni intoxicatione et morsu serpentis, sicut sanguis a vena euacuatur. Pauci tamen apothecarii harum herbarum habent noticiam nec etiam ipsi nostri auctores de ipsis faciunt nisi parvam mentionem, quia in ipsis experti non fuerunt. Et dicunt omnes phisici ⟨gentilium *Ros*⟩ quod quicunque utitur illo puluere ipsum mori per venenum est impossibile.

⟨Declaracio temporis minucionis

¶ Quidam domini pecierunt a me, qualiter illud in cedula debeat intelligi, scilicet fiat minucio, si illud statim determinat primum diem vel secundum. quia sunt principium morbi quibus sic dixi *Ros*⟩.

Etiam dico quod isti morbi pestilenciales breve et subitaneum habent principium et cito determinacionem unde illa, quae spectant ad curam, in his morbis non deberent procrastinari, quare minucio, quae est principium curae, non debet retardari nec expectetur dies prima nec secunda. Sed in eadem hora, qua morbus arripuit hominem, si minutor haberi possit, fiat minucio a vena praecedente ⟨a minera materia morbi *Ros*⟩ videlicet in loco ubi morbus apparet Et si minucio non possit fieri in eadem hora, fiat saltem infra sex horas, et si tunc fieri non possit, abstineat se paciens a cibo et potu, quousque fuerit fleobothomatus. Et omnimodo caveat, ne tardetur minucio ultra duodecim horas. quia si infra XII fiat, dum adhuc materia est in motu, certum est, ⟨quod proficit ad salutem. Si enim tardetur ad confirmacionem morbi et tunc fiat, certum est *Ros*⟩ quod nocere non potest. sed non certum est, quod a periculo liberabit, quia malus sanguis est coagulatus et inspissatus, ut a vena tunc percussa vix exire proterit. Si autem post fleubothomiam materia augeatur, secundetur minucio in eadem vena seu alia a loco materiae morbi praecedente Et postea dentur quinque vel tria coclearia aquae herbarum supra nominatarum commixtarum ⟨Et si non habentur omnes, detur una sola mane et sero

[163]) Bethazaer *Sl.* Bechtazaar *Ros.* [168]) herbis *Ros.* [170]) trita potata *Ros.* [174]) *A* fügt hier ein „et tamen in Leodio unus qui bene novit" und fährt dann erneut ins iatromathematische Meer hinaus, ohne sich zu dem Texte der 3 englischen und des Münchener Manuskriptes wieder zurückzufinden, wie in der GUTTMANNschen Dissertation (s. o.) S. 16 f. zu ersehen ist. [184]) citam *Ros.* [200]) sinthomata *Ros.* [202]) liliarum *Ros.*

*Ros*〉 et semper sequatur commestio electuarii supradicti sive de die, quod potest dari omni hora sive de nocte. 〈Vel detur de ista confectione quae cor confortat et malas fumositates ab eo depellit et febrem et morbum extinguit. ℞ conservae violarum, conservae rosarum, conservae buglossae, conservae boraginis, conservae citrangulorum ana ʒ.2, pulveris dyarodon abbatis, dyadraganti frigidi, triazandali, pulveris resumptivi, electuarii frigidi, camphorae ana ʒ ß, succarum rosarum fracte quod sufficiat, misceantur omnia sine igne et in pixide ponantur, et *Ros*〉, si paciens fuerit calidae complexionis et si febris sit intensa, commisceantur cum praedictis VI vel VII grana camphorae. Si dives fuerit, debent poni cum hiis margaritae, aurum foliatum, argentum purum, iacincti, smaragdi et os de corde cervi, et est certum commune per longam experienciam de aetate 24 annorum et amplius patefactum in locis multis, ubi ista epidemia regnavit, quod tale electuarium cum regimine praedicto a mortis periculo liberaret pacientem Et multi sola minucione tempore debito facta absque alio beneficio medicinae curati sunt. Sed illi qui ultra tempus determinatum 〈illam *Ros*〉 tardaverunt, incertum est, utrum proficiet ad curam necne, nam cum natura materiam moveat et cor virtute sua expulsiva sanguinem infectum et nocivum ad sua emunctoria depellit, in illo motu materiae debet natura iuvari et fleubotomia fieri, quia per sanguinis extractionem et eius evacuacionem confortatur virtus expulsiva cordis et materia morbi diminuitur, unde natura potencior existit supra residuum et medicinae beneficio facilius iuvetur. Nec vidi aliquem sub hac forma fleobothomatum, si bene se rexerit et cordis confortativa receperit, quin a mortis periculo evasisset, unde dicere ausus sum, non tamen in obprobrium auctorum, sed quia experiencia longa hoc manifestat, quod magistri moderni ubicunque terrarum in morbis pestilencialibus epidemialibus sunt magis experti quam omnes artis medicinae doctores et auctores ab Ypocrate inferius quotquot sunt. Nam nullus eorum tempore epydimiam vidit regnantem 〈suo nisi solus Ypocras qui eam vidit regnantem *Ros*〉 in ciuitate Craton 〈is〉, quae tamen non multum duravit. Nichilominus tamen super hiis, quae dictus Ypocras vidit, librum edidit de epidemia. Sed Galienus, Diastorius, Rasis, Damascenus, Geber, Mesue, Copho, Constantinus, Serapion, Avicenna, Algagel et sequaces eorum nunquam viderunt ita generalem nec longam epidemiam, nec curas eorum longa experientia probaverunt, sed quidquid plurimi dicant et tractent de epidemiis a dictis Ypocratis exhauserunt. Unde magistri huius temporis in illis morbis maiori experientia usi sunt, quam omnes qui nos praecesserunt, unde

---

215) possunt apponi *Ros.* 217)) 30 annorum. 219) minutio cum posito regimine *Ros.* 222) debitum *Ros.* 225) emithoria *Sl.* 229) iuvet *CC.* iuvatur *Ros.* 239) Hiermit schließt *Ms. Ros.* 241) Heber *CC.*

dicitur et verum est, quod experientia facit artem,*) et ideo ego autem pietate motus et cladi hominum condolens et compatiens hoc compendium edidi et secundum anothomiam venas in hiis morbis epidemialibus ad fleobothomandum distinxi et declaravi, ut unusquisque suus phisicus sibi ipsi esse possit. Et quia illi morbi sunt brevis terminationis et materia furiosa, quod illico fiat minucio est consilium meum et ab illa minucione diu non sit expectandum, quia multociens mora trahit periculum. Non precio sed pro precibus hoc opus egi et compilavi, ut cum quis convaluerit a morbis supradictis pro me ad dominum deum nostrum efficaciter oret, cui sit laus et gloria per tocius mundi climata et per infinita secculorum saecula Amen. quod R. B. Explicit nobilis tractatus magistri Johannis de Burgundia contra morbum epidemialem.

248) Das Folgende steht im Texte der Amploniana teils zu Anfang, teils in dem „Anhang II“ (Dissertation GUTTMANN, S. 11/12 und 17/18). Es erscheint mir sehr fraglich, ob der *Ampl. Q. 192* hierin das Ursprüngliche überliefert hat. 252) et *CC.*

Vieles hat ja der Pesttraktat JOHANNS VON BURGUND mit anderen gemeinsam, bisher ist uns aber die Erkenntnis, daß kein früherer medizinischer Autor seit HIPPOKRATES derartig große Pesterfahrungen aufzuweisen habe wie die ärztlichen Zeitgenossen des schwarzen Todes und der nächstfolgenden Jahrzehnte, so klar erfaßt und ausgesprochen noch nicht entgegengetreten wie hier, wo auch anderes besondere von einer beachtenswerten Selbständigkeit zeugt, die stellenweise zu einer ruhmredigen Selbstgewißheit sich steigert.

---

Mögen nun die drei englischen Handschriften den ursprünglichen Zustand des von JOHANN VON BURGUND in Lüttich herausgegebenen fliegenden Pestregimens vom Jahre 1370 erhalten haben oder nicht: jedenfalls richten sie durch Konfundierung seines Verfassers mit einem anderen Pestautor gleichen Vornamens eine Verwirrung an, die ich noch näher besprechen muß.

Der Leser hat schon kurze Nachricht davon in dem obigen Handschriftenverzeichnis gefunden, daß meist ein anderer Pesttraktat direkt in den Handschriften folgt, der folgendermaßen eingeführt wird:

*Ms. Sloane 2320*, Bl. 16r—17v.

Etiam incipit tractatus Johannis de Barba alias dictus Johannis de Burdegalia extractus in lingua anglica contra morbum pestilencialem sive epidemialem.

Am Schlusse: Explicit tractatus Johannis de barba vel Johannis de Burdegalia editus contra morbum pestilentialem, et est morbus epidemialis anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo.

*Cajus Coll. 336, 725*, Bl. 148.

Et iam incipit tractatus Johannis de Barba alias dicti Johannis de Burdegalia editus contra morbum pestilentialem . . . Explicit tractatus Johannis de Barba vel Johannis de Burdegalia editus contra morbum pestilencialem et est morbus epidemialis Anno domini Millesimo tricentesimo nonagesimo.

*Trinity Coll. O. I. 77*, Bl. 72v.

Iam incipit tractatus Johannis de Burdegalia extractus in lingua anglicana contra morbum pestilentialem sive epidemialem . . . Explicit tractatus J. de barba editus contra morbum pestilentialem.[1])

Auch im englischen Texte dieses anderen Pesttraktates, der noch in einer ganzen Reihe anderer Handschriften aufbewahrt ist,[2]) findet sich, wenn auch nicht überall, die gleiche Angabe, z. B. im Ms. des Trinity College zu Cambridge:

Here begynneth a noble tretys made of a good fisician John bordeus dictus J. de barba for medicyn ageyn pestilence.

Im ***Ms. Kk. VI. 33*** (*2113*), Bl. 39r—42v, der Universitätsbibliothek in Cambridge heißt es:

John of burgoyn or John with the berd burger of leodyn and master of medesyns in this skrow with goddes helpe the preservyng care of pestilance.

---

1) Vgl. auch Oxford *Bodl. Ms. Ashmol. 1481*, II, S. 376—393.

2) Z. B. Cambridge Jesus College ***Ms. 43*** Here begynnyth a nobil tretyse made of a physycion John of burdews for medysyn ageyn ye pettylens ewyll . . . Explicit tractatus Joh. de Burgelen editus contra morbum pestilenciae, qui est morbus epidemialis anno domini millesimo CCC nonagesimo. London, Brit. Mus., ***Egerton Ms. 2572***, Bl. 67—69; ***13. E. X.***, Bl. 24v—25r; ***Additional Ms. 14251***, Bl. 215r—215v; ***Caligula A. 11***, Bl. 63; ***Sloane 7***, Bl. 82v—84; ***Sloane 405***, Bl. 36v—38v; ***Sloane Ms. 443***; ***Lansdowne Ms. 285***, *Bl. 214*; ***Sloane 433***, *Bl. 47v—51r* (XV); ***Sloane 706***, Bl. 104r—106v; ***Sloane 965***, Bl. 132r—143r; ***Sloane 3449***, Bl. 5v—12v; ***Sloane 963***, Bl. 55v—57v; ***Sloane 983***, Bl. 37v bis 40r; ***Sloane 1764***, Bl. 5r—6v; ***Sloane 3566***, Bl. 87v—101r; Oxford, ***Ashmol. 1481***, I, Bl. 21r—23r, . . . trety made of a nobile fysician John of Burdeux . . .; ***Ms. Rawlinson. A. 429***, Bl. 85v—86v; ***Ashmole 1443***, S. 376 bis 393.

Im **Ms. Landsdowne 285** des Brit. Museums, das schon nach dem Jahre 1500 geschrieben ist, heißt es Bl. 214r:

> Summa medicinae pro pestilencia. Here beginnith a noble tretis made by the ordonance of the great clark M. John bordewce at the prayer of King Ric.

Der einstweilen völlig in der Luft schwebende „Johannes Burdegalensis“, Johann von Bordeaux, wird also mit Johann von Burgund oder „Johann im Barte“ konfundiert, oder wenigstens letzterer Beiname verschiedenen Männern beigelegt.

Schon 1891 hat Charles Creighton auf diese beiden angeblichen literarischen Persönlichkeiten hingewiesen, was Pagel-Guttmann entgangen ist. Er spricht im 1. Bande seiner vortrefflichen „History of epidemics in Britain“, S. 208 ff., von einer Pest-„Ordinance“, verfaßt „of one John of Burgoyne or John of Bordeaux“, der auch in einer Handschrift als „a great Clark, Mr. John Cordewe“ in den Tagen Richards II. begegnet.

